



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXV. Literæ Benedicti Papæ ad Eberhardum primum Ecclesiæ
Bambergensis Episcopum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

emendatione satis fecerit. At vero qui deuota intentione obseruator in omnibus existenter; huius nostri Apostolici priuilegij ad cultum DEI respi-
cientis, benedictionis gratiam a misericordissimo DEO, & Domino mul-
tipliciter consequatur, & vite eternae particeps effici mereatur. Sancta Trinitas charitatem vestram illibatam custodiat dilectissime frater. Seri-
ptum per manum * Herhardi scrinarij sancte Romane Ecclesie in men-
se Iunio * Indict. XI. Datum XII. Kalend. Februarij per manum * Be-
nedicti Portuensis Episcopi, & Bibliothecarij sancte Romane Ecclesie, an-
no. DEO proprio, Pontificatus Domini nostri Benedicti summi Pontificis, &
vniuersalium octauo Papae primo, in mense supradicto.

* Apogr. Bamb.
Heberhads.
Cod. Vien. Be-
rardi.

* Baron. signat
Annum pri-
mum Benedicti
Indictione X.
* Husus Bene-
dicti mentione
ex eiusso di-
plomate inue-
nies apud Bar.
1012. N. 5. Vbi
etiam videbis
exempla, qui-
bus scriptum
& datum di-
uersis tribuun-
tur.

C A P V T X X V.

Literæ Benedicti Papæ ad Eberhardum pri-
mum Ecclesie Bambergensis Epi-
scopum.

BERHARD O primo quoq; Babenbergensis Ec-
clesie Episcopo idem Papa Benedictus scripsit
Epistolam de confirmatione eiusdem Episcopij
in hunc modum.

Benedictus Episcopus seruus seruorum DEI dilectissimo in Domino
IESV Christo filio, Eberhardo sancte Babenbergensis Ecclesie venerabili
Episcopo perpetuam salutem.

Quandocunq; nostræ Apostolice corroboracionis pie exposcitur sus-
fragium, celeri affectu est tribuendum. Et si in his exposcitur, quæ durare
perpetuo videntur, literis est etiam annotandum, ne prolixitas temporum
posterioris reddat dubium, vel incertum. Quapropter nōrum esse volumus
cunctis sanctæ Ecclesie filiis, tam presentibus, quam futuris, quod de Episco-
patu, quem Christianissimu HEINRICVS Imperator ad honorem Prin-
cipis Apostolorum PETRI Babenberge deuotissime perfecit, actum in ea-
dem Ecclesia * nobis presentibus sit. Sæpius enim obnixè dictus Imperator; * Ergo Bellæ
feruens

seruens nimio amore Episcopatus, quem tactus diuino impulsu, persecerat
hic data est
postquam Re-
natus Bam-
bergae fuerat.
 honoris, ad confirmandum eum Apostolica auctoritate Babenbergam
 adire nos deprecatus est. Cuius deprecationes assiduas, & indefinitemen-
 tiam de iusto desiderio procedere cognoscentes, iniquum iudicauimus,
 presentiam nostram illi denegare, & inde humanam calliditatem contra
 venerabilem locum aliquando occasionem sumere. Venimus ergo Babenber-
 gam, ubi ab eodem Imperatore suscepti sumus, prout poterat, & noverat
 melius. Ecclesiam autem cum omni integritate Episcopatus, sancte Romane
 Ecclesie, cui, Deo auctore, presidemus, & nobis obtulit. Quod videntes,
 equum considerauimus, seriem huius nostri priuilegij, & Episcopatum con-
 firmare in perpetuum, eumque tibi, dilectissime, & tuis successoribus concede-
 re, ea videlicet ratione, hoc ordine, ut nullu ynquam viuentium, cuiuscunq;
S. Henricus
offerit Episcopa-
tum Bamberg.
Ecclesia Ro-
mana.
 sit dignitas vel ordinis, contra banc nostram confirmationem Episcopatus
 venire audeat, vel contra te, tuosque successores ob hoc agere; neque licet ei de
 omnibus, quæ nunc habet, vel habitur, est prelibatus Episcopatus, vi, frau-
 de, aut iniqua calliditate aliquid abradere; vel te, tuosque successores de his
 omnibus inquietare aliquo modo, ita sane, ut singulis quibusq; Indictioni-
 bus, sub nomine pensionis, equum ynum album nobis, nostrisq; successoribus
 persoluat, cum sella conueniente Romano Pontifici.

Vide Leonem
 Ostien. lib. 2.
 Chron. cap. 47.

Si forte, quod non optamus, aliquis superbus, aut arrogans temerario-
 ausu contra banc nostræ præceptionis seriem pie a nobis promulgatam ve-
 nire, aut agere tentauerit, sciat se Domini nostri Iesu Christi, & Aposto-
 lorum Principis Petri, cui oblatus a dicto Imperatore Episcopatus est, cum
 suis pertinentiis, & cuius suffragium, & iudicium per nos, nostrosque successo-
 res exspectat; anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, & cum eius
 atrocissimis pompis, atque cum Iuda traditore Domini & Salvatoris nostri
 eterno igne concremandum. Qui vero pio intuitu curator & obseruator
 huius nostræ salutiferæ præceptionis extiterit, benedictionis gratiam & cœ-
 lesti retributionis gaudia a iustissimo iudice Domino consequatur.

Scriptum per manus Raphonis notarij, Regionarij

& Scrinarij sancte Romane Ec-
 clesie.

CAPVT

